

*De la Libreria de S.º Col.º de la Comp.ª de
Jhu.º de Sal.º*

IOANNIS BRANTI I.C.
SENATOR
SIVE
DE PERFECTI ET VERI
SENATORIS OFFICIO
LIBRI DVO.

PROVINCIA ET UNIVERSITARIA
DE
B.º LAMANGA



ANTVERPIÆ,
EX OFFICINA PLANTINIANA
BALTHASARIS MORETI.
M. DC. XXXIII.

AD
CONSVLES
ET
SENATORES
ANTVERPIENSES.



MAGNIFICA & magno vi-
ro ac sapiente digna mihi
semper visa est, Amplissi-
mi SENATORES, illa
P. Scipionis Africani vox,
numquam se minus otiosum
esse, quam cum otiosus; nec minus solum, quam
cum solus esset; quippe & in otio iis de rebus
agebat, quæ erant etiam negotiis anteponen-
dæ, & in solitudine secum loquebatur: ne-
mo vt hoc Scipione elegantius interualla ne-
gotiorum otio dispungeret. Cuius industriam
maximè equidem vellem vt imitarentur ij
quos oporteret, aut si minus imitatione tan-
tam ingenij præstantiam consequi possint, vo-

I

IOANNIS BRANTI I. C.
SENATOR
SIVE
DE PERFECTI ET VERI
SENATORIS OFFICIO
LIBER PRIMVS.

CAPVT PRIMVM.

Rerumpublicarum origo.



VIT quoddam tempus, cum homines, nondum neque naturali neque civili iure descripto, fusi per agros, ac dispersi, passim bestiarum modo vagabantur, & sibi victu ferino vitam propagabant. tantumque habebant, quantum manu ac viribus, per caedem ac vulnera, aut eripere aut retinere poterant: nec ratione animi quidquam, sed pleraque viribus corporis administrabant: *ut inter* ^{Plin. Pa-} *pecudes, sic inter homines, potestas & imperium* ^{negy.} *valentioribus erat.* Nondum diuinæ religionis, non humani officij ratio colebatur. nemo legitimas viderat nuptias, non certos quisquam inspexerat liberos; non ius æquabile quid utilitatis haberet, acceperat. Ita propter errorem,

A

atque

